Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



203

dictum repperimus; Si enim hodie quisquam uolens
alicuius uerba indicare dicat nomen alterius a quo dictasint;
Quia tamen sit amicissimus & familiaritate coniunctissimus
illius cuius uerba dicere uolunt; & continuo recordatus alium pro alio sedixisse. Ita secolligat atque corrigat
ut tamen dicat benedixi; Quid aliud inuenis. Nisi tantum inter ambos esse concordiam. Inter illum scilicet
cuius uerba dicere uolunt. & alium & alicuius ei nomen pro
illius nomine occurrit. ut tale sit hoc istum dixisse. quales
ille dixisse. Quanto magis hoc de prophetis sciis intellegendum. & maximae commendandum fuit ut omnium
libros tamquam unius unum librum acciperemus;
In quo nulla rerum discrepantia creder&ur. sic ut nulla
inuenir&ur; & in quo maior esse constantia ueritatis
Quam si omnia illa unus homo quam lib&dotissimus loquer&ur;
Sed quia christos reges dicebant; & quid dixit illum. An
illum manifestum est eum quaesisse. An uellent sibi dimitti
regem iudaeorum id est xpm. Nihil inter est sententiae.
quod hic tacuit marcus de barabba; hoc solum uolens dicere. quod ad dnm pertinebat. Quando quidem in eorum
responsione sciis. & ipse ostendit quem sibi dimitti uoluerint; Pontifices inquit concitauerunt turbam. ut magis
barabban dimittere&r eis; Sequitur autem & dicit.
Pilatus autem iterum respondens. ait illis; Quid ergo uul
tis faciam regem iudeorum; Unde iam satis appar&t
Quod id marcus uellit ostendere dicendo regem iudaeorum
quod matheus dicendo xpm. Non enim dicebantur
xpi regis. Nisi iudaeorum; Namque in eo &iam loco
matheus. ait. dic&illis pilatus. Quid igitur faciam
de ihu qui dicitur xps; Ergo sequitur marcus. Atilli
iterum clamauerunt crucifige eum; Quod ille ait.
Dicunt omnes crucifigatur. & sequitur marcus;